



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

161. Dominica infra Octav. Ascensionis. Quomodo orandus Deus, ut nos ex  
toto emundet.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

280 *Sabbato Dom. 5. post Pascha.*  
Etum, necessarium mihi esse honestatis amo-  
rem, & desiderium. 2. Promissionis spem.  
3. Amorem illius, quem super omnia diligo.  
4. Gaudium in lege Dei. 5. Timorem amit-  
tendæ felicitatis æternæ. 6. Timorem in-  
currendæ pœnæ æternæ. 7. Fugam, quâ ad-  
versarium susurrantem relinquam, & in  
abdicto Creatoris abscondar. Petam ab his  
septem emundari oratione Dominicâ.

*Conf.* 3. Ut magis emunder quoad opus,  
necessarium mihi esse. 1. Humiliare me, &  
auxilium ad vincendum exposcere, 2. Co-  
gitationes expendere, ut malæ recessantur,  
bonæ probentur. 3. Habere in promptu  
sententias Sanctorum cuilibet tentationi  
oppositas, ut Christus fecit, 4. Actione vir-  
tutis contrariæ vitio resistere. 5. Sibi tenta-  
to compati, quasi alteri. *Beatus*, qui intelligit  
*super egenum, & pauperem, &c.* 6. Providere  
de armatura in ea parte, in qua necessa-  
rium est. 7. Præcludere aditum inimicæ  
suggestioni, divertere ad alia, & quæ nos  
infestant, oblivisci. Petam hæc septem per  
Archangelos, addito Pater noster.

MEDITATIO CLXI.  
Dominica infra Octav. Ascensionis,

*Quomodo orandus DEVS, ut nos  
en toto emundet.*

*Colloca-*

**C**olloabo me inter Principatus in executione Principes, in gubernando excellentes; ad Eph. 1. Petam ex toto emundari.

**Conf. 1.** Ut ex toto emunder necessariam mihi esse eognitionem originum omnis lapsus. 1. Est passio, & febris concupiscentiae, non tantum in appetitu sensitivo, sed etiam rationali, juxta illud Jacobi 1. *Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illeactus.* 2. Est imaginatio, quae vivaciter representat pulchritudinem boni sensibilis. 3. Est voluntas, causa immediata omnis aetatis peccaminosi. 4. Est ignoratio, quae occultat malitiam peccati. 5. Est intellectus, qui reliqua ratione legis consulit voluntati, ut bonum apparens amplectatur. 6. Est actus alterius peccati, qui oritur ex imminutione gratiae, per quam homo peccato resistit. 7. Est habitus pravus, qui immediate inclinat ad actum peccati; ideo orabo septem petitiones in Pater noster.

**Conf. 2.** Ut ex toto emunder necessaria mihi esse septem consilia, quae verè conversus ad Deum explere debet. 1. Credere decem mandatis DEI, populo Christiano propositis, & velle eorum observatione DEVUM sanctificare. 2. Desiderare omnes ad DEVUM pertrahere, quos potero. 3. Obedire amicis DEI, quantumcumque voluntati contraria praece-

282 Dominica infra Octav. Ascen-  
præceperint. 4. Suscipere, & honorare Sacra-  
menta Ecclesiæ Dei. 5. Dolere de peccatis  
commisſis, & emendare ſe velle. 6. Pati in  
adversis, non murmurando contia judicia  
DEI, non pertrahi consuetudine malorum,  
ſed eos aversari. 7. Rogare Deum, ut per-  
ſeverare valeam in amore Dei; ideo orabo  
Orationem Dominicam.

Conf. 3. Ut emunder ex toto necessariaſ  
eſſe has ſeptem renuntiationes. 1. Omni  
peccato deliberato quantumcunque levi.  
2. Renunciare ſibi quoad licita, & eſſe indiſ-  
ferentem quoad munia, habitationes, per-  
ſonas, ſtudia, gradus, sanitatem, ſolatia,  
vitam. 3. Renuntiare amori naturali, & af-  
fectui ſeſſibili eò venenosiori, quò minùs  
virtuti repugnare cernitur, præſertim pui-  
tati corporis, & quieti cordis. 4. Renuntiare  
ſolatijs ſpiritualibus, & adverſa appetere,  
atque in ijs gaudere. 5. Renuntiare propria  
voluntati, cauſæ omnis mali, & judicio ma-  
lum omne voluntati consulere ſolito. 6.  
Renuntiare occultæ voluntati propria, at-  
que judicio reſpectu donorum cœleſtium,  
ne plura petam, quam ſit opus, ne tam avi-  
de ijs adhæream, quò minùs paratus ſim ijs  
carere, quæ duæ tentationes amoris proprii  
magnæ ſunt. 7. Ita omnibus renuntiare, ut  
nihil rerum, nihil mei, nihil donorum DEI,

pri

*Fer. 2. Domin. infr. Oct. Ascens.* 283

nisi propter Deum velim, semper magis inclinatus ad mihi displicantia, quam grata. Juxta septem has renuntiationes formabo septem petitiones ad Principatus, ut si Medicina est cœleste ac venerabile Sacramentum, iuxta D. Cyriillum, mihi impetrant ex hujus medicinæ sumptione emundationem ex toto; dicamque Pater noster.

### MEDITATIO CLXII.

*Feria 2. Domin. infra Oct. Ascens.*

*Quomodo orandus DEVS, ut  
nos illuminet.*

**C**ollocabo me inter Potestates bene uententes potestate in coercendis spiritibus malignis, ad Ephes. 2. Petam illuminari in servitio DEI.

**Cons. 1.** Necessariam esse Fidem: quia ab incredulis diabolus timetur ut leo, à fortibus in Fide ut vermis contemnitur, ait S. Isidorus l. 3. de sum. bono c. 5. **2.** Necessaria est Spes: Cor sit in cœlo, ne putrefeat in terra, inquit August. in Ps. 32. **3.** Necessaria est Charitas: Ibi spera, ibi ama, inde pete virtutem, ibi expensa mercedem, inquit August. serm. 8. de Verb. D. **4.** Necessaria est Temperantia. **5.** Justitia. **6.** Prudentia. **7.** Fortitudo. Ordinabo septem petitiones ad has septem virtutes.

**Con-**